



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XIX. De Rombone A Piscatoribus capto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

rum redemptiones quoque sine magna recompensatione, quod nullius eorum opes vel substantiam oblatam contigerit, suis impensis sese atque suos transigens, etiam basilicas exstrueret, destructaque reedificaret omnia: hæc quantæ venerationis, quæque admirationis habita sint, cum gaudio referebat. Igitur de mane consurgens Episcopus, & cum gratiarum actione Missas celebrans, concurrentes ciues iterum alloquitur; paratos atque obediens ad omnia inuenit. Quicumque enim apostasie vicio se inquinauerant, spiritus sancti virtute faciente, compuncti, per manus impositionem in fonte lachrymarum suarum loti, Ecclesie sanctæ reformantur. Pueri vero & quicumque sacramentum baptismi nondum erant consecuti, baptizantur; fana destruantur, Ecclesiarum fracturæ solidantur; si quæ destructæ fuerant, reparantur. omnis ergo populus iam quasi vir vnus id ipsum sapiebant in domino. Gaudet Episcopus, latantur sacerdotes, magnifica fiunt in consilio iustorum opera domini.

DE ROMBONE A PISCATORIBUS CAPTO.



PATER hanc autem spiritualis lætitiæ occasionem, diuinitas omnipotentis illi ciuitati ex inopinato corporale commodum exhibuit. nam immensæ molis ROMBONEM circa portus ac naues se ostentantem piscatorum manus ad litus eiecit in mense Augusto; cum tamen illis in locis talis captura non * vero vernali tempore occurrat, ex cuius

XIX.

Lll 3

& E.

& Episcopo, cuius meritis hoc munus adscribebant, plusquam absumere cum suis omnibus posset, apportant.

*QUOMODO DOMINO PRO-
tegente iētum securis euaserit.*

XX.



ERVVM tam lætis euentibus temptatio non defuit. Nam cum delendis & extirpandis fanis Idolorum & sacris diligentius instaret Episcopus, nucis arborem mirandæ pulchritudinis Idolo dicatam, ne scandalo esset rudibus, volebat incidere. Vicini autem, qui umbra eius & amenitate sæpe delæctati fuerant, ne incideret eam, rogabant. Porro agri possessor vehementius irasci atq; indignari cœpit, aliiq; modeste agentibus, hic minis & clamoribus longius assistens furorem cordis euomuit. Itaq; quasi paululum furore sopito, silentio à tergo accedit nulloq; sperante securim bellicam utriusq; manibus leuans caput Episcopi ferire visus est. Sed illo præsentiente atq; in aliam partem ruente, bipennis casto vulnere in trabem pontis, iuxta quem stabāt, perlata est, tam foriter, vt à feriente reduci non posset. Accurrūt omnes, comprehendunt, trahūt, scindunt infelitem illum, & nisi per interuentum Episcopi, eādem securā trucidassent.

*DE SACERDOTE IDOLO-
rum Episcopum persequente, para-
lysi percusso & mortuo.*

XXI.



TTONE sic à periculo liberato, percussorē suo de manibus percutientum saluato, ALBERTVS presbyter ad TEVTONICAS se partes

ver-